

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Conuersacio ad
cum fonte primo

Non sicut quidam faciunt
qui cum ad edendum assederint,
inquieta quadam agitatione

membrorum intemperanciam animi sui designant.
Caput excuciant, brachia exerunt,
manus in altum expandunt,
et non sine magna turpitudine
quasi totum epulum simul sint absorpturi,
ingentes quosdam conatus
et gestus satis indecoros ostendunt.

In uno loco sedentes oculis et
manibus que prope et longe sunt
omnia circumcurrunt simul panes comminuunt,
uina in calices effundunt,
discos in gyrum circumducunt,
et uelut rex super obsessam ciuitatem
assultum facturus,
dubitant ubi primum expugnationem aggrediantur,
dum simul in omni parte irruptionem
facere concupiscunt.

Hugo ibidem (de disciplina monachorum).

Non sicut quidam faciunt,
qui cum ad sedendum assederint,
inquieta quadam agitatione
et confusione

membrorum intemperanciam animi sui designant.
Caput excutiunt, brachia exerunt,
manus in altum expandunt,
et non sine magna turpitudine
quasi totum epulum simul sint absorpturi,
ingentes quosdam conatus
et gestus satis indecoros ostendunt.

Anhelant, et suspirant prae angustia,
ita ut existimes eos
alium rugienti ventri patientiorem aditum quaerere,
quasi angustia faucium non possit esurienti stomacho
satis sufficientem abundantiam ministrare.

In uno ergo loco sedentes, oculis,
et manibus quae prope, quae longe,
omnia circumcurrunt, simul panes comminuunt,
vina in calices, et pateras effundunt,
discos in gyrum circumducunt,
et uelut rex super obsessam ciuitatem
assultum facturus,
dubitant ubi primum expugnationem aggrediantur,
dum simul in omni parte irruptionem
facere concupiscunt.

Hugo de sancto Victore, *De institutione nouitiorum*,
18 (PL 176, col.949C-D).